

VBBONIS EMMII
opus chronologicum

Diu à viris doctis desideratum.



T vicina polo Tyrias Cynosura carinas
Jactatas aquilone regit, mediisque tenebris
Fulgens, optatos petere atque adpellere portus
Edocet: humana sic certa est regula vita,

Qua graijs Σοφία, at nobis sapientia fertur.

Hanc parit historis narrata scientia rerum

Priscarum, variis distincta virisque locisque

Temporibusque suis. Viuendi hinc norma paratur

Regibus & satrapis, populo, populique magistris,

Norma cauens vita Maleas, turpesque Charybdes

Stultitia fugiens, multis qua gentibus olim

Attulit exitium, & magnas pessumdedit urbes.

Exemplo tibi sint Theba, Carthago, Corinthus,

Et qua templa suis summi complexa Tonantis

Manibus, in vitâ cecidit, rerum optime, dextrâ

Tite tuâ. quid opus Romam memorare vetustam?

Quid ve nouam? stolidæ pœnas dedit utraque mentis.

Ingentes igitur vestris clarissime musis

EMMI agimus grates, facilem qua sternere prisca

Historia voluere viam, seriæque perenni

Annorum, historias fascem componere in unum,

Lectum ex delitiis Heliconis, & ubere Clîus

Manantem, vita fascem civilis alumnium.

Huic Germanæ tuos fasci submitto fascēs,

Huic tum Gallæ tuos, huic liber Belgæ, Britanæ.

Fascibus ut vestris parere perennibus Orbis

Gaudeat, & positis passim pax floreat armis.

Nicolaus Mulcrius Medicinæ & Matheseos professor.

Groningæ Neptunalibus.

Summa

Summa Privilegij.

Serenissimus Princeps Fridericus, Dei gratia Comes Palat. Rheni, Elector, S. Rom. imperij vacantis Vicarius, pro potestate, quam iam optimo iure tenet, edito vetuit, ne quis Opus novum Chronologicum Vbonis Emmij, historiarum professoris in Academia Groninganâ, sumptibus fratrum Elseviriorum excusum ac recens editum in lucem, in horundem fraudem intra S. R. Imperij fines proximo ab editionis tempore decennio, nisi impetrato ipsorum expresso consensu, recudat, aut alibi recusum intra eosdem imperij fines importet, distrahat, vendat; sub pœna marcarum decem auri puri, & amissionis omnium exemplarium deprehensorum, quibus manum statim injicere Elseviriiis permiffum; vt latius in ipso diplomate exponitur: quod signatum est Heidelbergæ die xv Iulij, anno M. DC. XIX. subscriptum manu ipsius Principis Vicarij, & Vicariatus sigillo roboratum.

Opere hoc ista continentur.

Commentarius chronologicus Varius in libros quinque distinctus: quorum argumentum seu summam recitat προλόγιον ad lectorem toti operi præmissum in ipso sui fine.

Διατελεῖν de anno Arabico & Turcico inter excudendum à clarissimo viro D. Nicolao Mulerio conscripta.

Canon chronicus triplex: duo compendiosi; tertius plenior, per annos expansos perpetuò explicatus: quæ est præcipua totius operis pars.

Adiectum est opus peculiare, ob oculos ponens uniuersam Chronologiam Romanam ab Urbe conditâ ad finem Heraclij imperatoris, cum serie consulum: utilissimum res Romanas volentibus cognoscere.

PROLO-